

Bergamo etc. *Item*, è stato concistorio e dato il vescovo prenestino, che vacava per la morte del cardinal Flisco, al cardinal nè di altro è stato parlato; et altre particolarità come dirò di sotto.

Item, per lettere particolari; se intese il Papa aveva dato il patriarcato di Constantinopoli, era del cardinal Cornelio, al cardinal Egidio. *Item*, la legation di Viterbo al cardinal Redolfi, con questo d'agosto ducati 1000 de intrada ovvero pension al cardinal Colona a l'anno. *Item*, li cavalli e cavalle del cardinal Corner al signor Zanin de Medici, et le vacche per gran numero che havea, al cardinal Orsini. *Item*, mandato a dir al maestro di casa del prefato *olim* cardinal di san Marco, cioè Cornelio, che della casa di S. Marco si strensasse, perchè vol prepararla li per monsignor di la Rochia orator cesareo, che vien a Roma. Altre particolarità; ma tutte stanno sopra questi benefici. Et è da saper. È andato assai promission di danari a Roma per haver di questi vescovi et abbazie vacade per la morte del ditto Cardinal.

Et si disse in questi zorni, che sier Zuan Corner era andato a Roma con offerir al Papa ducati 50 mila se 'l Papa voleva far cardinal sier Francesco Corner el cavalier procurator fratello del Cardinal morto con darli tutti li episcopadi et benefici, come aveva esso cardinal defuncto.

Noto. In questo zorno, fu preso in Consejo di X con la Zonta, di elezer do di quelli intrano nel ditto Consejo deputati a tratar con domino Egnatio da Fiorenza presidente di l'ordine di santo Benedetto, zerea le cose di Corezuola, et altre proposition per lui fatte. I quali sono sier Piero da cha' da Pexaro procurator et sier Marin Zorzi dottor.

299 *Breve Pontificis Clementis VII ad Patriarcham Venetiarum pro beato Laurentio Justiniano.*

CLEMENS PAPA VII.

Venerabiles pater salutem et apostolicam benedictionem.

Illius qui semper in sanctis suis mirabilis est vices, licet immeriti, gerentes in terris, piis fidelium praesertim ducum et nobilium votis quae ad Dei laudem et gloriam ac sanctorum venerationem cedere dignoscuntur libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur. Oportunis exposuit nobis nuper dilectus filius Marcus Fuscarus Domini Venetorum orator ad nos destinatus pro parte dilecti filii nobilis viri Andreae Gritti ducis et Domini Ve-

netorum huiusmodi, quod licet ex processu super canonizatione beati Laurentii Justiniani de mandato felicis recordationis Sixti papae III praedecessoris nostri ad tunc Ducis et Domini Venetorum instantissimas preces habito et ad Romanam curiam transmisso, verisimiliter credi posset omnia quae ad ipsius beati Laurentii canonizationem necessaria erant, tunc plene ac sufficienter probata fuisse, tamen cum processus ipse casu quodam igne crematus fuisset, pie memoriae Leo papa X etiam praedecessor noster ad tunc Ducis et Domini Venetorum huiusmodi supplicationem eius, tunc nuntio et bonae memoriae Episcopo Cremonensi tunc in humanis agenti in civitate Venetiarum commorantibus de fratrum suorum, de quorum numero tunc eramus, consilio, per suas, in forma brevis, litteras commisit ut ad inquisitionem negotii canonizationis huiusmodi procederent. Qui cum ad inquisitionem huiusmodi procedere coepissent, ac praefactus Leo praedecessor, sicut Domino placuit, fuisset vita functus. Recolendae memoriae Hadriani papae VI similiter praedecessor noster ad supplicationem oratorum praefati Domini Venetorum qui ad Sedem Apostolicam, pro praestanda sibi obedientia destinati fuerant, tibi frater Patriarca et venerabilibus fratribus Thomae feltrensi nuntio apostolico et Paulo nemosiensi, per suas, in forma brevis litteras mandavit, ut processum canonizationis alias inchoatum prosequi deberetis, ac si dictae Leonis papae litterae vobis directae fuisset. Cum autem praefactus Hadrianus praedecessor dicto processu minime absoluto fuerit vita functus, et processus huiusmodi non ita de facili valeat expedire, ac idem Marcus orator pro parte Ducis et Domini praedictorum nobis humiliter supplicaverit, ut pro aeterni regis laude et gloria ac ipsius beati Laurentii confessoris reverentia nec non ecclesiae decore ac catholicae fidei splendore, ad populorum dicti Domini devotione liceat singulis annis in die qua dictus beatus Laurentius migravit ad Dominum festum et officium de uno patriarcha confessore cum oratione unius episcopi confessoris sub nomine eiusdem beati Laurentii patriarchae in tua et aliis ecclesiis dicti Domini Venetorum ab omnibus celebrari, Nos qui fideles quoscumque ad sanctorum Dei venerationem et vigent erga eos devotionem prout possumus libenter excitamus, cum ad praesens aliis gravibus impediti negotiis canonizationis huiusmodi negotio intendere non valeamus, ipsorum Ducis et Domini devotis supplicationibus inclinati, ut tam in tua patriarchali cuius